



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 8. Borbonii Dux induciis abluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

equitum millia, & ultra mille Germanos, Sæcul. XVI.
 ac quinque Hispanorum millia recense-
 ret; quibus insuper accesserant duo mil-
 lia peditum Italorum, ac numerosus
 ejusdem gentis Equitatus levioris ar-
 maturæ: Hoc anno Mense Februario
 hic exercitus Placentia castra movit,
 ast pecunia, commeatu, curribus, imo
 & tormentis destitutus, non nisi tribu-
 tis, quæ Borbonius in itinere urbibus
 imponebat, alebatur. Unde milites
 stipendiorum penuria pressi seditionem
 concitarunt, ac ipsas etiam sarcinas de-
 prædati sunt, quinimo mortem quoque
 Borbonio minitabantur, nisi eis pro ære
 militari opimam quamdam urbem de-
 prædandi libertatem ultro daret, qua
 concessa quidem militum sedata est se-
 ditio, ipse tamen Dux Bononiam in-
 gredi prohibebatur, eoquod Salutarum
 Marchio urbi duodecim armatorum mil-
 lia imposuisset. Nec benigniore uteba-
 tur fortuna, ubi Florentiam aggredi
 tentabat.

§. VIII.

Borbonii Dux induciis obliuſtatus.

Cum Borbonius Florentiæ appropin-
 quaret, inducias fuisse pactas com-
 perit, hoc tamen nuntio minime ter-
 ritus illis accedere constanter renuit,
 eoquod

Sæc. XVI.
A.C. 1527.

eo quod promissa pecuniarum summa ad solvenda militibus stipendia haud sufficeret. Hanc ob rem Neapolis Prorex, qui tum Romæ agebat, Florentiam contendit, a quodam Belliduce, quem Dux eo decreverat, ideo exceptus, ut cum eo hac super re conferret. Intenderat Prorex Borbonium ad acceptandas inducias compellere, eo potissimum ex fine, ut postmodum cum Cæsaris exercitu in Venetorum ditionem irrumperet; Jam utrinque conventum, ut Borbonius evolutis quinque diebus pedem referret, eidem vero mox octingenta, proximo autem Mense Mayo alia sexaginta aureorum millia numerantur. Pontifex has conditiones a Borbonio acceptatum iri confusus, duobus etiam illis, quæ prius retinuerat, armatorum millibus missionem fecit, ut sumptibus in eorum sustentationem faciendis parceret.

§. IX.

Borbonius copiis suis Romanæ Urbis deprædationem pollitus.

*Mem. du
Bellai l. 3.
Paul. Jov.
de expugn.
Romæ.*

Attamen Borbonii Dux summo Pontifici turpiter illusit, Romamque infestis armis invadere statuit, ut urbem hanc amplissimam juxta ac opulentissimam